Quelle:
Copyright:



Cod. XXIV. deest

membran. 4. colum. Sæc. 14.

1. 2. 11.

Threni cum glossa Giselberti Autisiodorensis.

Eleganter Scriptus est, et imaginibus ornatus. Continentur in eo Threni seu Lamentationes et oratio Jeremiæ Proph. cum triplici glossa sive comentario historico, morali et allegorico, quem Giselbertus Autisiodorensis diaconus collegit ex scriptis SS. Patrum, maxime Paschasii Ladberti, Gregorii M. et Origenis. Evincitur id ex subscripto, quod legitur circa finem comentarii, nempe: "Sufficiant hec ad "exposicionē lamentationū iheremie, que de patrū "fontibus hausi ego Giselbertus autisiodorensis ecclie "diaconus." Textus S. Scripturæ omnino vulgatæ edit. convenit. Cæteroquin hic Codex adeo rarus non est, ut quibusdam videbatur; in multis enim exstat Bibliothecis, uti videre est apud Oudin. T. 2. p. 1015. Bibl. Mss. Taurinens. Tom. 2. cod. 715. p. 227. Le long. Biblioth. Sacra, part. 2. pag. 744.

Giselbertus, Gislebertus, Gilbertus, aliis etiam Sillebertus, ob scientiam Universalis dictus, ex Autisiodorensi diacono Episcopus Londinensis, obiit trans Alpes versus Romam profectus, ut scribit Wharton. ao 1134. die 10 Aug. Scripsit præter alia comentarios in totum V. et N. Test. Plura de eo si cupis, consule supra citat. Oudin. Le long. insuper Henr. Wharton de episcopis Londinens. p. 51. item ejusdem eccles. Anglic. T. II. p. 698. et Cave Script. eccl. Hist. litt. ad an. 1128 p. 576.

Manus videtur esse Sæc. 14.

non edit.

Die Handschrift befindet sich jetzt (1991) in Baltimore/Maryland, The Walters Art Gallery, nr. 388 (laut Exkursion des Institutes für Deutsche Philologie des Mittelalters in Marburg, Programm S. 27), 1928 vom Antiquariat J. Rosenthal gekauft.